

Sermones discipuli de tpe p
circulum anni incipiunt. **D**ñica
prima aduēt⁹ dñi Sermo prim⁹
de aduentu christi in carnem.



Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus ꝛc

Zach. ix. **M**att. xxi. **M**ar. xi. **L**ud. xix.
Joh. xij. Egregius doctor noster sanctus
Tho. d. aqno dic. q nulla actio sit pfecta
sine meritoria nisi fuerit p gra z dei illumi
nata. **Q**uñ sicut sol ē causa oīz generabi
liū z corruptibiliū sicut dicit **A**risto. in. ij.
li. physicoz. vbi dicit sic: Homo generat
hoīem et sol sic. s. q hō generet a patre et
matre sol coopatur. **S**ic verus sol iusticie
christ⁹ iesus ē causa oīz gūtita z actionū
Ideo dic **I**sidor⁹ **D**hō i oī ope tuo anxi
liū dei posce. qm sine ipso nulla bona opa
possum⁹ pficere ipsa veritate attestante q
dicit **J**oh. xv. **S**ine me nihil potestis fa
cere. **P**ro gra igit impetranda matrē grē
salutem⁹ ꝛc. **E**cce rex tu⁹ vt supra. **H**odie
mater ecclesia icipit tps aduēt⁹ christi si
cut incarnat⁹ est. z descēdit de celis ppter
nostram salutem. **V**ñ **B**ern⁹. **V**enit me
dicus ad egrotos. redēptor ad venditos.
ad errantes via. ad mortuos vita venit q
sanat oēs infirmitates. **E**rgo dī: **E**cce rex
tu⁹ venit. **Q**uia de aduētū dñi dies fe
stinat hodierna: **I**deo ē sciēdū. q ē qdru
plex aduēt⁹ dñi. **P**rim⁹ ē i mūdū per
carnis assumptionē. **V**ñ **J**oh. j. **V**erbū
caro factū ē. **E**t de illo agit in pma dñica

Scds ē ad iudiciū p meritorū discus
sionē. **D**e q **E**sa. iij. **D**ñs ad iudiciū veni
et cū seniorib⁹ populi sui z principib⁹ eius.
Tūc vt habet **L**ud. xxi. videbunt filium
hoīs venientē cū ptāte magna z maiesta
te. **Q**uñ fm p s. xcvj. **J**udicabit orbē ter
raz in iusticia. z populos in equitate. **D**e
q agit in scda dñica. **T**erti⁹ ē i aīaz per
grē infusionē. **S**ap. vij. **I**n aīas sanctas
se trāffert **J**oh. xij. **S**i qd diligit me vsq
ad eū veniem⁹ z māsionē apud eū faciem⁹
De q agit in tertia dñica. **Q**uartus ē
aduētus christi ad mortē hoīs. **V**ñ **L**ud.
xij. **E**stote parati. qz q hora nō putatis fi
lius hoīs veniet. **D**e q agit in qrtā dñica
Ad primū dñi aduētū redeo. de ipso nō
subtilia s simplicia vt discipul⁹ pscibēdo
Vnde in pnti sermone tria sūt dicenda.
Primo de illo tpe aduētus. z qre institū
tum sit ab ecclesia. **S**cdō quō incarnatio
christi facta sit. et qre natura nra mūdior
sit seruanda post incarnationē. **T**ertio ex
emplū. **Q**uantus ad primū sciēdūz q **B**
psens tps medio mō se tenet ad tps toti⁹
anni. qz partim leticia ptinet. z partim tri
sticia. **D**epōit enī sancta mat ecclesia cāti
ca leticie. scz **T**e deum laudam⁹. in matu
tinis. **G**loria i excelsis. i missa. **S**z **A**lle
luia nō deponit. **I**n qdragesima oīa ista
deponit ecclesia. **I**tē i aduētū ieiunat cū la
cticiis. s i qdragesima cūz oleo. z b ex p
cepto. vt habet in decret⁹. **I**n qdragesima
ē ieiunandū a lacticiis. **d**is. iij. **D**eniqz.
Sed qre b tps aduēt⁹ dñi institutū sit
ab ecclesia. **R**ūder. **P**rimo ad memorā
dñi beneficiū qd dñs ptulit humano ge
neri i incarnationē sua. nam i b honorauit
nos sup āgelos. **R**oluit enī christ⁹ paren
telā p trahere cū angelica natura. s cū hu
mana. **H**eb. ij. **R**usqz apprehendit ange
los. s semen abrahe. **E**x quo habet q inter
deū et hoīem ē maior fraternitas. qz inter
deū z angelos. **E**t fraternitas qdē q tātū
causat ex altero parentum firma ē. **S**z q
causat ex vtroqz firmissima ē. **A**ngelus est
frater christi tm ex pte pīs gterni. q etiam
ē pater christi p gternā generationē z an
geloz p creationem. **H**omo vero ē frater

Sermo

christi et pater pater eterni qui est pater christi per
eternam generationem et homo per creationem
Et pater matris. quia ergo beata est mater christi
sua et nostra. **U**n christus nunc vocat ange
los suos fratres sicut homines. dicens illud
ps. **N**arrabo nomen tuum fratribus meis. **E**r
go de misericordia saluatoris multum confi
damus attendentes. quia caro et frater noster
est. **B**ern. **P**uto me iam spernere non poterit
christus os de ossibus meis et caro de carne
mea. **E**t ex quo christus iesus est frater noster. tunc
vult nobiscum pie et misericorditer agere. ac
amicabiliter. et ut frater cum fratre nobiscum
conuersari. **Q**ui enim olim erat leo seuerus. modo
factus est homo mansuetus. **L**egit enim quod vni
cornis nulla violentia capi potest. sed in sinu vir
ginis requiescit et mansuescit. **S**ic et deus for
tissimus in sinu virginis requiescens factus est
agnus mansuetus. **I**tem legitur Gen. xliij. quod io
seph in suo coniugio maiorem dedit partem
beniamin quam frater suus erat ex utroque pa
rente quam ceteris quam tamen fratres eius erant et al
tero pariter. **S**ic christus duplicem refectionem
dabit homini. scilicet in sua diuinitate et in sua
humanitate. **A**ngelos autem in sua diuinitate
solus reficiet. **S**ecundo ideo si spiritus insti
tutus est ut de tanto beneficio gaudeat. vana
mundi gaudia respiciamus. **U**n iam de illo tempore
sacro non debemus vane gaudere. **I**n signum
huius canonici cappas sicut in quadragesima
induunt. **A**ug. **H**ec gaudia velut venenum
diaboli repudiare debemus. quia non solum cor
pus. sed etiam animas necare festinant. **Q**uia gaudia
ista necant homines et gaudia celi priuant.
ostendit **B**reg. in quadam omelia dicens.
Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo. et il
lic regnare cum deo. **I**dem. **P**rima gaudia
sequuntur perpetua lamenta. **E**rgo gaudere
debemus in deo. et non in hoc seculo. **U**nde
apostolus ad **P**hil. iij. **G**audete in domino semper
item dico gaudete. **U**n **Z**ach. ix. ante il
lud. **E**cce rex tuus venit tibi mansuetus dicitur.
Exulta captiua filia sion. iubila filia iheru
salem. **N**one gaudere debemus cum ille ve
nit nobis presentialiter illo tempore. quem antiqui
expectabant et desiderabant longo tempore. **U**n
Esa. xliij. dicit. **V**tinam diriperes celos
et descenderes. **A**gge. ij. dicit. **V**eniat de

sideratus cunctis gentibus. **M**oyses **E**xo. iij
dicit. **M**itte domine quem misurus es. **D**avid
ps. cxlij. dicit. **I**ncлина domine celos tuos et
descende. **I**n signum huius christus dicit disci
pulis suis **L**ud. x. **D**ico vobis quod multi pr
phetę et reges voluerunt videre quod vos vi
detis. et non viderunt. et audire quod vos audistis.
et non audierunt. **T**ertio institutus est ut
preparemus nos ipsi digne in die natiuitatis
luscipiendo. **U**nde secundum **B**asil. **L**ugd. **T**e
pus huius deputatus preparationi solennitatis
natalis. scilicet aduentus. breuius est. quia vix est me
dietas temporis deputati preparationi solenni
tatis pasce. **I**deo nec dilationi nec negli
gentie locus debet. **U**n in epistola hodierna le
gitur. **D**ies appropinquabit. id est in primo
erit dies natalis. scilicet quem fecit verus sol
nascens in mundo isto. **A**bjiciamus ergo
opera tenebrarum et induamur arma lucis.
Un quilibet peccator iam illo sacro tempore de
bet a peccato cessare et preterita peccata de
placere et pure confiteri. **U**n **A**mbro. in li
de paradiso. **N**on enim quisquam a peccato insti
ficari poterit. nisi peccatum ante confessus
fuerit. **U**nde si superbus fuisti per integrum
annum. tunc abijcere debes modo opera tene
brarum. id est superbiam. et induere arma lucis. id
humilitatem. **S**i luxuriosus fuisti. tunc ca
stus esse debes. **S**i auarus fuisti. et res iniu
ste acquisisti. tunc iam res iniustas debes
restituere. et de iustis elemosynas dare. **S**i
gulosus fuisti et ebriosus. tunc iam absti
nere et ieiunare debes isto sacro tempore. **S**i
iracundus et maledictus. iam pius et benignus
Si piger et accidiosus. iam ad quęcumque opera
bona promptus et patulus sis. **U**n secundum **B**asil.
Lugdo. **I**lli qui in hoc sacro tempore a peccato
non canent. saluatorem aduenientem quasi ma
nibus a se repellunt dum imundicia operum
suorum aduentum illius ad se impediunt. **D**u
rum etiam faciunt inter se et saluatorem. dum
peccata peccatis addunt. **E**sa. lix. **I**niqui
tates vestre diuiserunt inter vos et deum
vestrum. **T**ales multum dolere possent et
deberent. **Q**uia ille qui aliorum est salua
tor. eorum erit damnator. **A**lij etiam possunt
dicere. **S**aluatorem expectamus etc. ut ha
betur **P**hil. ij. **I**psi vero dicere habent

damnatore expectam? Si duo sunt in carcere uno quorum alter probabiliter sperat liberandum cum dominus carceris venerit. Reliquus vero credat quod condemnabitur et dicat utrique Cras dominus carceris veniet. Sicut unus habet materiam gaudij. sic alter doloris. In vitaspate dixit abbas Amon cuidam fratri interroganti sermonem aliquem. Vade et fac tale cogitationem tuam. Qualem faciunt isti. qui sunt in carcere. Isti enim interrogant homines. ubi est iudex. et quando veniet. et in expectatione penarum suarum plorant. Sic precipue facere debent qui in peccato mortali sunt. cum adventum dei audiunt. Item alia materia doloris est. quod cum boni facturi sunt festum natiuitatis in leticia magna. Tunc ipsi pueri facturi sunt festum natiuitatis horribile in amaritudine conscientie. sicut isti cum quibus diabolus erit. Job. xx. Gladetur et veniet super eos horribiles. Item alia materia doloris est. cum considerant quod facturi sunt in secundo adventu. quando christus indicare reuerentis est viuos et mortuos. ubi vindicet contumelias suas sibi ab iniquis illatas. Esa. x. Quid facietis in die visitationis vestre et calamitatis desuper venientis? Et sic quantum ad primam partem huius sermonis Queritur quod incarnatio christi facta sit. Rursus quod postquam gabriel archangelus fuit missus ad mariam virginem ut habet Luc. i. et maria credidit et consensit. tunc spiritus sanctus superuenit in eam. et eam sanctificauit et fecundauit. formauitque in instanti de purissimo sanguine virginis marie. Vel ut alij dicunt de purissimis eius humoribus corpus christi et in eodem instanti in quo formatum est corpus. creata est anima de nihilo. et huius anima in eodem instanti coniuncta est corpori organico. et illa duo corpus et anima simul morerant deitate unita in dei filij persona. Unde duo notantur hic secundum Hieronymum. Dolgor. super li. Sap. Primum quod nunquam fuit aliquis ita puer sicut christus fuit. quod embrio in matrice prius vixit vita animalis quam vita hominis. secundum Aristoteli. ix. de animalibus. Aug. autem dicit. formatio corporis christi fuit perfecta in principio sue conceptionis quantum ad omnia lineamenta membrorum. secundum quantum ad debitam corporis quantitatem

perficiebatur successive. sicut corpora puerorum augmentantur a tempore figuratiouis usque perfectas natiuitate. Secundo quod nunquam fuit aliquis puer ita diu in utero matris sicut christus fuit. nisi esset monstruose natus vel violenter impeditus. Igitur corpus christi in quadraginta sex diebus attigit quantitatem talem in qua alijs embryonibus fit figuratio. Item sciendum secundum Henricum de virmaria. quod tota trinitas illam incarnationem operata est. quia opera trinitatis ab extra sunt indiuisa. Nam ibi fuit potentia patris. qui statim corpus formauit et animam creauit. et illa duo diuinitati uniuert. in illo momento. cum beata virgo dixit. Ecce ancilla domini. Hec non potest facere potentia alicuius creature. quia omnis creatura in sua operatione requirit tempus. sicut firmamentum requirit diem ut moueat ab oriente in occidentem Luna ad complementum sui cursus requirit mensem. Sol integrum annum. homo in determinato tempore formatur in utero matris. In conceptione autem christi operata est potentia patris. quia in instanti conceptionis completus fuit. Item operata est ibi sapientia filij. quia corpus optime disposuit et omnia membra decenter ordinauit. per speciosam formam per filium hominum. Item operata est ibi gratia spiritus sancti. qui conceptionem illam mundam ab omni peccato reddidit. quod nunquam est factum in aliquo puro homine. Licet enim aliqui nati sint sine peccato et sanctificati in utero matris. sicut beata virgo maria. Iohannes baptista. Hieremias. tamen in peccato originali sunt concepti. et secundum rationem seminale descendunt ab adam. christus autem non solum natus. sed etiam fuit sine peccato conceptus. Aug. Soli redemptoris est esse sine peccato. Hec Henricus de virmaria super symbolum Querit quare conceptio christi potius attribuitur spiritui sancto. Rursus secundum Henricum de virmaria. quod intentio denominat operationem. christus autem hac intentione et operatione carnes assumpsit. ut miseris et afflictis subueniret Et quia bonitas et misericordia attribuitur spiritui sancto. ideo de spiritui sancto conceptus est. ut per hanc excludantur carnales coniunctiones Unde canit. Non ex virili semine sed mystico spiramine verbum dei. Item sciendum quod quoniam tota trinitas operata sit in incarnatione.

Sermo

solus tñ fili⁹ ē incarnat⁹. **Un** dicit Aug⁹
i li. d. fide ad petz. **Et ipse Aug⁹** ponit ta-
le exemplū. Si tres puellę tenerēt vnā tu-
nicam. ⁊ vna ex illis indueret. ⁊ tñc illa in-
dutio fieret a trib⁹ puellis. ⁊ vna illaz so-
la indueret. **Itē** ali⁹ doctor ponit tale ex-
emplū. Si tres. s. Petr⁹. Andreas. ⁊ Jo-
hānes simul agerēt rubricādo andrea. ru-
bricatio andree fieret ab his trib⁹. attamē
Solus andreas rubricaret. **Item** sciēdū
fm **Bul. Lugdo.** q magis debemus esse
solliciti naturā humanā mūdā a peccato
seruare. post incarnationē filij dei q̄ ante
qz ante incarnationē erat causa vna q̄re
humana natura munda erat seruanda. s.
dignitas ipsius. qz imago dei est in q̄stum
de⁹ ipsaz creauit. **Un** **Ben. p.** Faciamus
hoīez ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā
Un si imago beate virginis mūda seruat⁹
quā pictor siue artifex fecit. valde munda
eruāda est imago dei. quā ipsemet imp̄ssit
⁊ fecit. **Ista** causa innuit. **Ecd. x.** Fili i mā-
suetudine serua aīaz tuam. ⁊ da ei bonitē
fm meritū suū. i. fm dignitatē suaz. **Do-**
do vero sūt due alię cause. **Vna** ē qz con-
iuncta ē humanitas in vna psona diuini-
tati. ⁊ q̄si inseparabiliter. **Si** igit cruci chri-
sti in q̄ pependit. deferet honor. s. q mūde
⁊ honorifice seruet. qz ei pūo tpe cōiuncta
fuit diuinitas. multū deferendū ē huma-
nē nature. **Alia** causa est. qz mundicia hu-
manę nature sanguie chriſti compata est.
Apod. j. Qui dilexit nos ⁊ lauit nos a pec-
catis nr̄is i sanguine suo. multū seruanda
ē mūdicia illa quā chriſt⁹ ita care emit. **Et**
b̄ q̄stum ad scdā partem isti⁹ sermonis.
Quantū vero ad tertiā ptē ē sciendū
q̄ illi fm **Aplm** rurſuz chriſtū crucifigunt
q̄ ad peccata redeūt. **Un** legit q̄ tpe be-
ati **Frācis.** Luz diuina pietas p̄ma ordi-
nis minorū iaceret fundamenta. quidā de
fratrib⁹ redire ad ſeculū tēptabat. tandem
accedēs ad beatū **Frācis** cum rogare cepit
vt a religionis vinculo absolueretur. eo q
nulla ratione poterat in ordine pmanere.
Cui cum beatus **Frācis** nec posse nec
velle se facere rñderet. ad dñm **Hostiēſez**
acceſſit. ⁊ ab eo ſi se reſpōſuz accepit. vidēs

q̄ ſup b̄ dispensationē obtinere nequiret
ſpiritu tēptationis impuſſus dedit i com-
motionē pedes ſuos. **Cunqz** paululū diſ-
ceſſiſſet qdā ſibi obuiant. ⁊ ab eo q̄ tēde-
ret requiſiuit. **Cui** cū furioſa voce diceret
qd ad te de facto meo. **Ille** ſtatim lat⁹ ex-
bibuit. man⁹ extēdit. ⁊ pedes i q̄b⁹ quinqz
vulnera recētia cruoris nō modicū eſſūde-
bāt. **Et** adiecit. tu vulnera mea renouas.
tu itez me crucifigis. q̄ viſo pterit⁹ ad pe-
des eius ſe cum lachrymis proiecit. ſibi qz
vt ignoſceret rogauit. **Statimqz** chriſtus
qui viſus fuerat ab oculis ei⁹ eſt elapſus.
Tñc ille ad beatū **Frācis** rediēs. viſa p
ordinem retulit. ⁊ vſqz ad finem vite de-
uotus in religione permansiſt.

De eadem dñica. Sermo. II. q̄
mane eſt ſurgendum et diuinis
vacandum.

Hora eſt iam
nos de ſomno ſurgere. **Ro.**
xij. **Boeti⁹** i de ſola. philo-
ſophię. dīc. **Vnicuiqz** viro bono inſerta ē
naturalis cupiditas boni. **Ver** aut bonū
in q̄ ſolū quietat⁹ animi appetit⁹ eſt deus.
Iuxta dictum **Augi.** in li. p̄feſſ. feciſti nos
dñe a te. ⁊ inquietuz ē cor noſtrum donec
quieſcat in te. **Et** illud bonū acquirē cum
bonis exercitijs ⁊ opib⁹ virtuoſis. ⁊ nō cū
ſomnolētia ⁊ pigritia. **Un** **Leo** papa in
quodam ſermōe. **Qd** dormiētib⁹ puenit
regnū celoꝝ nec ocio nec deſidia torpenti-
bus beatitudo eternitatis repromittitur.
Unde in verbis p̄miſſis hortat⁹ nos ap̄ls
ſurgere a pigritia. ⁊ inchoare bona opera
dicēs. **Hora** ē iā nos de ſomno ſurgere. i.
a pigritia ⁊ inchoare bona opera ⁊c. **Un**
in p̄nti ſermone tria ſūt dicenda. **Primo**
quō antiqui olim in peccatis dormierunt
Secundo quō ſurgere debem⁹ a ſomno
corporali et ſpiritali. **Tertio** exemplum.
Quantū ad primū ſciēdū. q̄ olim fere
oēs i peccat⁹ dormierūt. ⁊ a bono ope tor-
pebāt. nec mix. qz i nocte erant **In** nocte
qdē tria ſūt q̄ dormire faciūt. ⁊ ſonū idu-
cunt. s. obſcuritas ⁊ frigiditas ⁊ hūiditas

Nox quodē naturaliter ē obscura frigida et humida. Obscuritas quodē somnū inducit vñ hoīes quodē dormire volentes loca obscura quērūt. Frigiditas etiā inducit somnū. vñ i hyeme et frigida cōplexione somnus p̄fūdus laudabilis ē. in contraria ho sus-
 pect⁹. Humiditas etiā inducit sōnū. **N**az h̄m p̄h̄m. vapor humidus a cibis resolu-
 tus. dum i cereb̄z ascendit somnū inducit. **H**inc ē q̄ pueri magi dormiunt q̄ senes. q̄ plus abundāt i humiditate. **N**on fuit igit̄ mirū si antiqui sic dormierūt. q̄ erāt i obscuritate ignorātig. i frigiditate dilecti-
 onis diuine. et i humiditate carnalis p̄cu-
 piscētig. **S**z illa nox iā recessit. dies autēz appropinquauit. et iō iā nō ē dormiendū s̄ vigilāduz. **A**duenit enī vera lux q̄ obscu-
 ritatē ignorātig expulit. et splendore sapiē-
 adduxit. **E**sa. ix. **P**opul⁹ q̄ ambulabat i tenebris. vidit lucē magnā. **A**duēit diuin⁹ ignis q̄ frigiditatē fugauit. et totū mundū dei amore accendit. **L**uc. xij. **I**gnem veni mittere i terrā. et quid volo nisi ut ardeat? **A**duenit x̄p⁹ sol q̄ omnē nebulā carnalis p̄cupiscētig ericauit. **E**cd. xliij. **A**pti sunt thesauri. i. solares radij. et auolauerūt ne-
 bulę sicut aues zc. **Q**uantū ad scōam p̄tē hui⁹ sermōis dicendū h̄m magistrum **H**umber. sup regulaz Angl. **D**e mane li-
 bēter debemus surgere a corpali somno et deū laudare. **I**n signū hui⁹ aues incipiūt valde mane cātare. qd̄ est p̄ inuerecūdiāz hoīs pigritantis in lecto. **A**mbro. de offi. **Q**uis christianus nō erubescat sine psal-
 moy modulatiōe diē trāsire. cū minutissi-
 me aues solēni deuotiōe ortū diēi p̄ueni-
 unt. **A**ug⁹. **I**ndecēs ē. q̄ sol inueniat chri-
 stianū iacentē i lecto. **B**erū dicit q̄ homo somno dedit⁹. ē q̄si imago mortis. **U**nde nimia somnolētia nocet corpi et aīe. **S**ed mane surgere nō solū ē p̄ salute aīe. s̄ etiā p̄ sanitate mētis et corpis. **U**n p̄hs. **S**ur-
 gere de nocte ad sanitatē et bonā disposi-
 tionē est vtile. **I**tē q̄ vigilie matutinales faciūt orationes leui⁹ et citi⁹ exaudiri. **U**n p̄s. **Q**uā ad te orabo mane exaudias vocē meā. **I**nsup dulcedinē diuine p̄solatiōis frequēt⁹ de mane surgētes recipiūt. **U**n

manna quod christū signat de mane col-
 ligebat. vt habet **E**xo. xvi. **Q**uot dul-
 cedines negligunt q̄ plures accidiosi. q̄s illi de mane surgentes accipiunt. **U**nde **B**asilius. **D**ulcedo melliflua. dulcedo mirāda. q̄s dulcis es i meditatiōe. s̄ dulci-
 or i oratione. dulcissima i p̄tēplatione. sed sup̄dulcissima i beatitudine. **I**tē q̄ d̄ ma-
 ne de⁹ citi⁹ inuenit. nā sicut q̄s d̄ mane citi⁹ inuenit in domo sua. sic et deus i corde hoīs nam tūc aīa h̄z maiorē lympiditatē et p̄se-
 quēter aptior ē ad p̄templandū. **E**tia illa hora aptior ē ad erigendū cor ad deū. an-
 teq̄z aīa distrahat ad diuersa p̄ occupati-
 ones. vel impediāt a fantasmatibz collectq̄ **P**ropter qd̄ d̄ de iusto. **E**cd. xxxix. **T**ra-
 didit cor suū ad vigilādum. diluculo ad
 deū q̄ fec̄ illū. **N**otadū q̄ h̄m eūdē l̄dū
 tertū. libenter ē orandū de mane et d̄ sero.

Primo q̄ p̄dicta t̄pa apta sūt orati-
 onibz. q̄ matutinū p̄cedit occupatiōes di-
 urnas. vespertinū ho seq̄t. **E**t h̄m **B**erū. sup **C**ant. aptius ē ad orandū. et ideo nō sūt p̄termittēda illa t̄pa quin semp in illis orem⁹. **S**ic etiā faciebat christ⁹ nos suo ex-
 emplo prouocās orabat mane. **M**arci. p̄. **D**iluculo valde cōsurgens egressus abiit i desertū locū ibiqz orabat. **I**tez **M**atth. xiiij. **A**scēdit i montē solus orare. vespere aut̄ facto sol⁹ erat ibi. **S**ic exemplo christi orandū ē nob de mane p̄pter futura. et de sero p̄pter p̄terita. **H**iero. p̄tra **J**oninianū li. p̄. **P**recepta sunt h̄s duozū. i. tēporum maxie habēdā curā. s. mane et vesp̄ri. s. eo-
 rū q̄ acturi sum⁹ et q̄ gessim⁹. **E**t ideo orā-
 dū ē de mane ut futura bene fiāt. **E**t orā-
 dū ē d̄ sero vt p̄terita male facta remittāt. **I**tez orandum ē specialiter mane et sero vt primordia et vltima actionū nr̄az offerē-
 tes illi q̄ ē alpha et d̄. p̄ncipiū et finis. debi-
 tas primitias inchoationis et decimas cō-
 sūmationis p̄soluam⁹ eidē. **U**n **H**āter. **Q**uotidie mane surgētes cūcta deo q̄ fa-
 cturi estis offeratis. et finito die cōuocatis cogitationibz. locutionibz. et operationibz illa die cōmissis. ipsi capitulum teneatis. **U**n etiā **C**hryso. in ser. **Q**uā occupaueris super stratum tuum. et neminem infestum

Sermo

patieris anteq̃z veniat tibi somn⁹. p̃fer in
mediū codicē p̃sciētā tuā. reminiscere pec-
cata tua. Si q̃d i verbo in facto sine cogi-
tatione peccasti. **Unde etiaꝫ Greg⁹ in li-**
moral. Iusti viri cū dīstinctionē vēturi iu-
dicis cōtemplant. peccata sua ad memo-
riā inducūt. deflētq; q̃d cōmiserūt. dīstri-
cte se indicāt ne indicent. **Item sciendū**
q̃ nō solū surgendū est a somno corporali. s̃
etiā spūali. i. a peccato. nā p̃ somnū itelli-
git peccatū. s̃m **Enil. Lugdo.** **Primo**
q̃ sicut se ad dormiendū q̃s voluntarie
deponit. sic hō ad peccatū. **Unde Aug⁹.**
Omne peccatū ē volūtariū. ⁊ adeo volū-
tariū. q̃ si nō volūtariū. nō esset peccatū.
Un̄ etiaꝫ habet in decre. **Nemo** efficitur
seru⁹ diaboli nisi p̃p̃ia voluntate. xv. q. i.
Nō est. **Secūdo** q̃ hō dormiēs est le-
uimortuus. sic peccator mortu⁹ ē vita spi-
rituali. s̃ vivit adhuc vita corporali. imo
nisi esset spes resurrectionis spūalis. meli⁹
esset sibi si mortuus esset. imo bonū esset ei
q̃ nūq̃z nat⁹ fuisset. **Bern.** Vita sine fru-
ctu gūior est morte. **Deniq;** duo pant ar-
bori infructuose. scz securis ⁊ ignis. **Unde**
Ambro. sup lucā. **Meli⁹** peccatoribz ma-
le agētibz mori. q̃z q̃ i peccatū diu versent.
Tertio q̃ si q̃s tenet gladiū euaginatū
sup dormientē nō timet. s̃ si somniat aliq̃
terribilia timebit corā illis. **Sic etiaꝫ pec-**
catores nō timēt iusticiā dei nec p̃dicato-
res scripturaz futura mala annūciātes. s̃
p̃sentē tribulationē timēt. nam mortē tē-
poralē timent quē ē transitoria. s̃ mortem
eternam nō timent quē ē perpetua. **Aug⁹.**
Vera mors quā hoīes nō timēt ē sepatio
aīe a deo q̃ est vita aīaz. **Unde Greg⁹.**
In li. mora. Mortē carnis omnis homo ti-
met mortē aīe pauci. **Item** paupertatē tem-
poralem timēt. ⁊ paupertatē inferni non ti-
ment. vbi vna gutta aque haberi nō pōt.
Ibi enī p̃ defectu bonoz mors desidera-
bit. s̃ mors fugiet ab eis. **Un̄ Aug⁹.** i q̃dā
sermone. **Quare** mors q̃ritur ⁊ nō iuenit.
Quā q̃bus in hoc seculo vita offert ⁊ non
volunt recipere i inferno tunc querēt mor-
tem ⁊ non possunt inuenire. **Quarto** si-
cut somnia somniantibus debēt p̃ opposi-

tum exponi. sic qui habēt hic honores mū-
danos. diuitias tpales. ⁊ delicias corpis.
⁊ gaudia mūdi. ista omnia sunt q̃si quedā
somnia ⁊ vertūt p̃ oppositū i tribulationē
⁊ paupertatē ⁊ amaritudinē maximā. **Un̄**
Greg⁹. **Unde** caro ad tps suauiter vivit
inde spūs in eternū torquebit et ingemil-
cet. **Unde Hiero.** in quadā epla. **Diffici-**
le. imo impossibile ē. vt p̃sentibus q̃s ⁊ fu-
turus fruatur bonis. vt hic ventrē. ibi mentē
impleat. ⁊ d̃ delitijs transeat ad delicias.
⁊ in vtroq; seculo prim⁹ sit vt i terra et in
celo appareat gloriosus. **Quinto** sicut
somniahs habet sensus ligatos. sic et ipsi
nō meritorie opantur existentes i peccato
mortali. **Un̄ dī in decre.** **Opa** bona extra
charitatē facta nō valēt ad salutem. xxiij.
q. i. **Idi.** **Unde** q̃libet homo s̃ sacro tpe
debet a somno peccati surgere ad reuerē-
tiā dei. ⁊ p̃pter gaudiū angeloz ⁊ omnium
electoz in celo existentū. **Unde Lud. xv.**
Gaudiū ē angelis dei sup vno peccatore
p̃nitentiā agente. **Quantū** ad scdā **R**
ptē isti⁹ sermonis. tūc q̃libet homo debet
d̃ deo p̃fidere. et se i hoc sacro tpe ad deū
puertere. q̃ ipse ē paratus vniciq; petē-
ti omnia peccata etiā quātūcūq; graua
indulgere. **Un̄ exemplū in vitalpa. li. iij.**
Frater q̃dā impugnabat a fornicatiōe. et
videns sacerdotis paganorū in egypto fi-
liam. adamauit eā ⁊ dixit patri eius: **Da**
mibi filiā tuā i vxorem. **Ille** vero dixit
ei. non possum tibi dare eam. nisi p̃ iter-
rogauero deū meum. ⁊ p̃surgens abiit ad
demonē. ⁊ dixit ei: **Monachus** q̃dā vult
accipere filiam meā in vxorē. dabo illi eā
vel nō. **R̃ndit** ei demon dicens: **Si** negat
deū suū. baptisma. ⁊ p̃positū mōachi. da
eam illi. **Veniēs** autē sacerdos locutus est
eadē verba ad monachū. q̃ statim p̃sen-
sit. ⁊ mor q̃si colūba exiit de ore eius spūs
⁊ volauit i celū. pergens autē sacerdos ad
demonem dixit: **Ecce** p̃misit se monach⁹
illa tria q̃ p̃ceperas facturum. **Et** r̃ndens
diabolus dixit: non des illi filiam tuā q̃z
deus eius non discessit ab eo. sed adhuc
adiuuat eum. **Qd** cū audisset monach⁹
ille. ingemiscēs dixit i semetipso. **Si** tāā

bonitatem ostendit in me deus meus cum
ego infelix negauerim eum. et baptismum. et
propositum monachi. et adhuc adiuvat me.
cur recedam ab eo. et receptis monitis cum ce-
leritate venit ad heremum ad quendam ma-
gnam senem. et narrauit ei omnia. Cui senex
dixit: Ieiuna tres hebdomadas continuas
et ego deprecabor deum pro te. et cum completa fu-
isset hebdomada prima interrogauit fratrem
illum senex dicens: vidisti aliquid. respondit:
vidi columbam in altitudine celi super caput
meum stantem. et dixit ei senex: Attende tibi
metipsum et deprecare deum. Secunda vero hebdo-
mada impleta. iterum venit senex et dixit ei:
vidisti aliquid. et respondens frater dixit illi: vi-
di columbam venientem iuxta caput meum.
Item completa tertia hebdomada. venit
ad eum pater interrogauit eum si aliquid plu-
visisset. et respondit ille: vidi columbam. quia venit et
stetit supra caput meum. et dum vellet tenere
eam intrauit in os meum. Tunc senex gratias
deo egit. et dixit fratri: Ecce deus iam susce-
pit penitentiam tuam. de cetero attende te
metipsum et esto sollicitus. et respondens frater
dixit: Ex hoc te iam non derelinquam. si tecum
ero donec moriar.

Adhuc de eodem

Abyciam? ergo opera te-
nebrarum. id est peccata mortalia.
An hoc est dicendum de septem pec-
catis mortalibus. Istum sermo-
nem quere infra sermone. cxi.

Unica secunda in aduentu. Ser. III.
De reddenda ratione in iudicio.

Erunt signa in

sole et luna. et stellis etc. Luc.
xxi. Mar. xiiij. Matth. xxiiij.
Aristo. iij. Topicorum. Inest deo iusticiam
facere. Si ergo corpora que hic castigantur di-
uersis plagis. ut exerceantur in bonis operibus
nisi et bona que hic profecerunt in corpore manen-
tes remunerarentur in futuro. et multi qui inique
agunt nisi punirentur in futuro. non esset deus ius-
tus. Contra quod dicit psalmus. Iustus dominus in
omnibus vijs suis. Ergo resurrectio mor-
tuoꝝ erit tam bonoꝝ quam maloꝝ. tunc enim
manifestabuntur omnia abscondita. quia secundum

dictum christi. nihil optimum quod non reuelatur
Tunc reddituri sumus rationem. unusquisque
propter gessit in corpore suo. siue bonum siue malum
et tempore illo erunt signa in sole et luna. In pre-
cedenti unica actum est de aduentu christi in carnem
quod est aduentus amoris. In hac autem unica agi-
tur de aduentu christi ad iudicium. quod est ad-
uentus timoris. ut amor nos ad bonum iui-
tet et timor nos a malo reuocet. Unum in pre-
senti sermone tria sunt dicenda. Primo de
loco et tempore generalis iudicii. Secundo de quibus
nos oportet reddere rationem. Tertio exemplum
Quantum ad primum sciendum. quod iudicium est
duplex. scilicet particulare et generale. Particu-
lare pertingit in morte hominis. Eccl. xli. Hoc
iudicium a deo omni carni. Unum Innocentius de
vilitate humane conditionis li. iij. dicit. quod
tam bonum quam malum antequam anima egrediar de
corpore. videt christum quasi in cruce positum.
Malum ad confusionem. ut erubescat se non esse
redemptum. et sua culpa sanguinem christi
fructum redemptionis non habere. Unde dicitur
malis dicitur: Viderunt in quem pupugerunt. quod
intelligit de christi aduentu ad iudicium et ad-
uentum ad diem mortis. hec ille. Unum Luc.
xii. Estote parati. quia quia hora non putatis
filius hominis veniet. Generale iudicium est in quo
omnes homines simul iudicabuntur. iij. Cor. v.
Omnes nos manifestari oportet ante tribu-
nal christi. ut referat unusquisque propria pro-
pter gessit in corpore suo. siue bonum siue malum
Locus autem extremi iudicii erit vallis iosaphat
propheta in aere super locum in quo christus ascendit in
celum. Unum Job. ii. Congregabo omnes gen-
tes. et adducam eas in valem iosaphat. et ibi
sedebo ut iudicem omnes gentes. Tempus
extremi iudicii erit in fine seculi. De die autem
et hora incertum est. Matth. xxiiij. De die
autem illa nemo scit. Unde sciendum quod certum
et determinatum horam nemo scire potest. nisi
cui solus deus vult reuelare Quidam enim dicunt
extremum iudicium in media nocte fieri. secundum
illud Matth. xxv. Media nocte clamor
factus est. ecce sponsus venit exite obviam ei.
Quidam dicunt extremum iudicium fieri de ma-
ne. scilicet in auroa allegantes illud dictum psalmi.
In matutino interficietis omnes peccatores
terre. Sed beatus Augustinus dicit. quia veniet

Sermo

quoniam non sperabit. **U**n christus dicit **Matth. xxiij.** Vigilate ergo quia nescitis diem neque horam. **S**ed quatuor ad secundam partem istius sermonis sciendum quod extremum iudicium valde est timendum propter rationem districtam quam in eo reddituri sumus. Nam primo reddituri sumus rationem de cogitationibus. **U**n **Sap. p.** In cogitationibus impij interrogatio erit. **U**n **Greg.** Sic de viis nostras considerat et cunctos gressus dinumerat. ut nec minutissime cogitationes que apud nos ex visu viluerunt ei in iudicio indiscussae remaneant. Quod tot vindicationes et luxuriosas et alias prauas cogitationes in corde cum deliberatione et proposito tenuerunt. quod non debebunt. Ergo quilibet debet custodire cor suum a prauis cogitationibus. semper cogitans deo se esse de eis redditurum rationem. **H**iero. i. epla. Quicquid pudet dicere. pudeat et cogitare. nam sicut quis verecundatur in factis coram hominibus. sic in cogitationibus verecundari debet coram deo. **U**n. i. **Regi. xvi.** Non videt ea que parat. de autem intuetur cor. Unde dicit etiam **Salom.** **Prou. iij.** Cor tuum omni custodia serua. quia ex ipso vita preedit. Secundo reddituri sumus rationem de verbis **Matth. xij.** De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines super terram reddent rationem in die iudicii. Sed si diceretis Quid est verbum ociosum. **R**espondeo **H**iero. Verbum ociosum est. quod sine utilitate loquentis vel audientis profert. **U**n etiam **Greg.** in mora. Ociosum quippe verbum est. quod aut ratione iuste necessitatis aut intentione pie utilitatis caret. Quod tunc dicturi sunt homines iracundi. qui ex ira et vindicta maledixerunt proximis. de quibus apostolus **Neque maledici neque raptores regnum dei possidebunt.** Sicut detractores qui famam proximi denigraverunt. **De quibus dicitur Prou. xxij.** Cum detractoribus ne commiscearis. quia repente surgit perditio eorum. Item quod dicturi sunt homines mendaces. qui proximos suos deceperunt. **Ps.** Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item blasphemii qui per vulnera et sanguinem christi iurauerunt. Similiter illi qui per nomen dei vane et quicquid mendaciter iurauerunt. **Contra quos dicitur. Ecc. xxiij.** Iuratori non assuescat os tuum. multi enim ca-

sus in illa. Ergo dicit christus **Matth. v.** Sit sermo vester. est. est. non non. **U**n memoria extremi iudicii deus est custos lingue nam quilibet debet cogitare quod optet cum de verbis suis deo rationem reddere. **Tertio** reddituri sumus rationem de operibus ipsius corporis. **U**n **Ecd. viij.** Cuncta que fuerint adducet dominus ad iudicium. pro omni errato siue bonum siue malum sit. **U**n de cunctis gressibus pedum et saltibus reddituri erimus rationem. **Job. xxi.** Nonne vias meas ipse considerat et cunctos gressus dinumerat. Hoc non attendunt chorizontes et superbe incedentes. Sicut de tactibus illicitis manuum. et illicito visu oculorum. et auditu aurium. **H**oc illi non attendunt qui illicite se et alios tangunt osculando et amplexando. Sicut reddituri sumus rationem de dono corporis. scilicet de fortitudine. iuuentute. et sanitas. et pulcritudine. Sicut de actibus ipsius corporis. scilicet quotiens inebriatus fuisti. quotiens actum luxurie extra matrimonium perpetrasti. quot choreas chorizasti. quotiens uxorem propriam vel alios homines ex ira vel vindicta percussisti vel lesisti etc. **Quarto** reddituri sumus rationem de rebus temporalibus tripliciter. **Primo** quod quilibet lucratur sit omnia temporalia que in hac vita possedit usque ad unum denarium. ut iuste vel iniuste. **S**icut iam cursus mundi est ad temporalia lucranda. tunc iam vix sine peccato mortali lucratur. **U**n apostolus. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli. **Secundo** redditurus est rationem unusquisque de temporalibus quod ista expedit usque ad minimum denarium. **H**oc illi gulosi et ebriosi attendere deberent qui tot denarios imo grossos et florenos superflue expendunt. quod quicquid a mane ad vespere. imo quicquid per integram noctem in tabernis sedet. et se cum vino superflue replent et inebriant. de quibus omnibus denariis districte reddituri sunt rationem. **Ergo** quilibet christianus timens deum. nunquam sine causa et necessitate et utilitate deberet bibere unum haustum. sed semper in comedendo et bibendo deberet querere sustentationem et confortationem nature. **U**n **Aug.** de verbis domini. Si quod manducas et bibis ad refectio-nem et recuperationem membrorum et deo gratias agis. tunc tu cibum et potus laudat deum.

Sicut supbi q̄ i supbia et supfluitate vestiu
expēdūt bona sua. scissuras et caudas fa-
ciendo et multa paria vestium. pcurando.
Sicut et lusoꝛes q̄ plūdūt bona sua cuꝝ pec-
cato. et p̄tra deū. et q̄bus om̄ibꝫ reddituri
sūt rationē. **N**az q̄libet christian⁹ sic male
expēdens bona sua. p̄pterea pōt dānari.
etiā si nulla t̄palia iniuste adquisierit. **E**x-
emplū de epulone vt habet **Lud. xvi. vbi**
dicitur. q̄ erat q̄dam diues q̄ epulabatꝫ quoti-
die splendide et induebatꝫ purpura et bysso
zē. **I**bi nō fit mentio q̄ fuit vlturarius vel
raptor. s̄ q̄ bona sua male expēdit. et q̄
pauperi. **L**azaro nō subuenit. ideo sepult⁹
ē in inferno. **C**hriso. sup **Matth. Diui-**
tias accepisti. nō vt lasciuie psumas. s̄ vt i
elemosynis expēdas. q̄ enī habes pauperū
sunt. s̄ tibi credita sunt. etiā si ex laboribꝫ
iustis et hereditate paterna possessor eorū
factus es. Vñ habet in decre. Nō ē min⁹
peccatū auferre habenti. q̄ denegare indi-
gētī. dis. xlvij. Sicut hi. Vñ etiam Am-
brosio. in quodā s̄mone. Nō minoris est cri-
minis habenti tollere q̄ cū posses indigē-
tibꝫ denegare. Vñ etiam Basili⁹. Nōne
inquit spoliator es. q̄ dispensanda susce-
pisti. pp̄ia reputādo. Est enī cib⁹ famelici
quē tu tenes. nudi tunica quā in conclauī
pseruas. discalceati calcei q̄ penes temar-
celsūt. indigentis argētū q̄ possides hu-
matum. Tercio redditur⁹ es rōnez quō
heredibꝫ dimisisti bona tua. q̄ ex eis. pue-
nire p̄nt lites q̄ possunt oriri post mortem
tuam inter heredes p̄pter bona tua. q̄ me-
lius esset nullū denariū post mortem relin-
quere. q̄ causam litis heredibꝫ ministrare
q̄ ille q̄ nō facit posse suū ordinādo bona
sua. quēcūqꝫ mala et peccata sine lites sine
piuria. sine inimicitie ex talibꝫ bonis inter
heredes fiunt. quē mala p̄uenire potuit et
noluit. sibi in aīa sua nocebūt. q̄ p̄uabit
suffragijs cōsanguineorū suorum. et etiaꝫ
ideo punietur. q̄ ex p̄citare et auaricia sua
noluit ea ante disponere. Ergo q̄libet ho-
mo temporalia sua bona possidens debet
aduertere dictū Esaię. p̄p̄bere. q̄ dixit ad
regē Egechiā. Dispone domui tue. quia
I morieris tu et nō vives. Quinto reddi-

turū sum⁹ rationem d̄ t̄p̄e quo viximus in
p̄nti mūdo. **Bern. Om̄e t̄p̄s nobis impē-**
sum a nobis exiget q̄liter sit expensū. Vñ
q̄libet redditur⁹ ē rationē de om̄ibꝫ mēsi-
bus. annis. septimanis. diebꝫ. horis. et mi-
nutis quibus vixit. Sed fortasse triginta
annis vixisti et nunq̄ deo p̄ tres annos fi-
deliter seruisti. q̄d faciendū sit. Rñdeo q̄
debes d̄ p̄terito t̄p̄e dolere et p̄fiteri q̄ t̄p̄s
tuū sic vane expēdisti. Et sic ē dicendū ad
singula p̄cta vbi q̄s se reū iuenerit. Itēz
sciendū q̄ quilibet debet t̄p̄s suū vtilit̄
expendere. Bern. Nil p̄ciosius t̄p̄e. et heu
nil hodie eo vilius inuenit̄. transeūt dies
salutis et nemo recogitat. Vñ legit̄ exem-
plum q̄ q̄daz deuotus homo q̄n audiuit
horalogiū sonare. semp cogitauit et dixit
ad deū. O de⁹ iam itēz vnaꝫ horam t̄pis
vite mee p̄sumpsi. de qua tibi redditurus
sum rationē. quō eandē expēdi. Sic q̄li-
bet hō deberet seipsū attēdere et semper d̄
sero cogitare quō diē transactū expēderit
nam dānati i inferno de h̄ signāter p̄que-
runt. q̄ t̄p̄s gr̄e tam inutiliter expēderunt.
Vñ Hūter. i tractatu d̄ septuplici timo-
re dicit. q̄ q̄dā deuot⁹ hō existēs i deno-
tionibꝫ et orōnibꝫ suis audiuit quandam
vocē lugub̄rē. Et q̄siuit q̄d esset. Rñdit.
Ego sum vna aīa damnata. Et ille. Cur
tam amare fles. Rñdit illa. Ego et om̄es
aīę dānatę de nulla re intātū dolem⁹ sicut
de t̄p̄e gr̄e q̄d inutiliter expēdim⁹. et pec-
cādo p̄sumpsim⁹ vbi i vna hora potuisse-
mus de peccatis nostris p̄gnituisse. et eter-
nam p̄gnā quā nūc patimur euasisse.

Continuatio p̄cedentis. Ser-
mo. III.

Hinc videbūt
filiū hoīs venientem in nube cū
ptate magna et maiestate. **Lud. xxi. Job.**
de sancto geminiano dicit. q̄ sicut equus
duobꝫ calcaribꝫ tangit latere. vt melius
et fortius currat viā. Ita aīa hoīs duabꝫ
affectionibꝫ sollicitat̄. videlicet amore et
timore. Siquidē amore p̄mij ad bonum
p̄uocat. et timore supplicij a malo reuocat

Bermo

